Vr autem veritas parit odium. & inimicus eius factus est homo tuus predicans veritatem. cum ametur beata vita que non est nisi gaudium de veritate. nisi quia sic amatur veritas. ut quicumque aliud amant. hoc quod amant velint esse veritatem. & quia falli nolent nolunt convinci quod falsi sint. Itaque propter eam reoderunt veritatem. quam pro veritate amant. amant eam lucentem. oderunt eam redarguentem. quia enim falli nolunt. & fallere volunt. amant eam cum se ipsa indicat. & oderunt eam cum seipsum indicat. Inde retribuit eis. ut qui se ab ea manifestari nolent. & eos nolentes ipsa manifestet. & eis propterea non sit manifesta. Sic animus humanus languidus & cecus. turpis & indecens latere vult. se autem ut lateat aliquid non vult. e contra illi redditur. ut & ipse non lateat veritatem. & ipsum lateat veritas. Tamen etiam sic dum miser est. veris mavult gaudere quam falsis. Beatus ergo erit. si nulla interpellante molestia. de ipsa per quas vera sunt omnia sola veritate gaudebit. Vbi ergo veritas te inveni. ut discerem te. Neque enim iam eras in memoria mea. priusquam te discerem. Vbi ergo te inveni. ut discerem te. nisi in te supra me. Et nusquam locus? & recedimus & accedimus & nusquam locus. Veritas ubique presides omnibus consulenti bus te. simulque respondes omnibus etiam diversa consulenti bus. liquide tu respondes. sed non liquide omnes audiunt. Omnes unde volunt consulunt sed non semper quod volunt audiunt. Optimus minister tuus est. qui non magis invidetur. hoc a te audire quod ipse voluerit. sed potius hoc velle quod audierit. Sero te amavi pulchritudo tam antiqua & tam nova. & ecce intus eras. & ego foris. & ibi te querebam. & in ista formosa que fecisti deformis iruebam. Mecum eras. & tecum non eram. ea me tenebant longe a te. que si in te non essent. non essent. Vocasti & clamasti. & rupisti surditatem meam. Chorus scasti & splendisti. & fugasti cecitatem meam. Flagrasti & duxi spiritum & anhelo tibi. Sustulisti & esurio & sitio. Tetigisti me & exarsi in pace tua.

Cuius inhefero tibi ex omni me. nusquam erit michi labor & dolor. & viva erit vita mea tota plena te. Nunc autem quem tu implet sublevas eum. quia te plenus non sum oneri michi sum. Contendunt leticie mee fletus cum letandis meroribus. & ex qua parte stet victoria nescio.

LXXXII. De temptationibus huius vite. & primo de concupiscentia carnis.

Heu michi domine miserere mei. ecce vulnera mea non abscondo. Medicus es. eger sum. tu misericors es. miser sum. Nunquid non temptatio vita est humana super terram. Quis velit molestias & difficultates. Tolerari iubet ea. non amari. Nemo quod tolerat amat. etiam si tolerare amat. Quis enim gaudeat se tolerare mavult non esse quod tolleret. Prospera in adversis desidero. adversa in prosperis timeo. Quis in hec medi? locus? ubi non sit humane vite temptatio. Ve prosperitatibus seculi. semel & iterum a timore aduersionis. & a corruptione leticie. Ve aduersionibus seculi. semel & iterum & tertio. a desiderio prosperitatis. Et quia ipsa aduersionis dura est. & ne frangat tolerantiam. nunquid non temptatio est vita humana super terram sine ullo interstitio. Et tota spes mea. non nisi in magna misericordia tua. Da quod iubes. & iube quod vis. Impas nobis continentiam. & cum scirem aut quidam. quia nemo potest esse continens. nisi deus det. & hoc ipsum erat sapientie scire cuius esset hoc donum. Per continentiam quippe colligimur & redigimur in unum. a quo in multa deluximus. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat. Amor qui semper ardet. & nunquam extinguetur. caritas deus meus accende me. Iubes certe ut contineam a concupiscentia carnis. a concupiscentia oculorum. & ambitione seculi. Iussisti a concubitu. & quia dedisti factum est. Sed adhuc viuunt in memoria mea talium rerum imagines. quas ibi consuetudo mea fixit. & occurrant michi vigilanti quidem carentes viribus. In somnis autem non solum usque ad delectationem. sed etiam usque ad consensionem. factumque simillimum falsa visa persuadent. quod vera vigilantibus non possunt simillimum. Et ubi est tunc ratio. qua talibus suggestionibus resisto vigilans. Sepe etiam in somnis resistimus nostrisque propositi memores. atque in eo castissime permanentes. nullum talibus illecebris adhibemus assensum. Et tamen tantum interest. ut cum aliter accidit. euigilantes ad conscientie requiem recedamus. ipsaque distantia reperiamus nos non fecisse. quod tamen in nobis quoquomodo factum esse doleamus. Augebis domine magis magisque in me munera tua. ut anima mea sequatur me ad te concupiscentie visco expedita. ut non sit rebellis sibi. atque in somnis non solum propter tales corruptelas per imagines animales usque ad carnis fluxum. sed ne consentiat quidem. Exulto igitur cum tremore in eo quod donasti michi. lugens in eo quod inconsummatum sum. sperans perfecturum te in me misericordias tuas usque ad pacem plenariam. quam tecum habebunt interiora & exteriora mea. cum absorpta fuerit mors.

LXXXIII.

De gula voluptatibus.

Et alia malicia dicit que vitinam sufficit ei. Reficimus ei quotidianas ruinas corporis edendo & bibendo. priusquam

escas & ventrem destruas. cum occideris indigentiam saturitate minifica. & corruptibile hoc idue nis incorruptioe sempiterna. Hoc autem me docuisti. ut quemadmodum medicamenta sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentia molestia transeo. in ipso transitu michi insidiatur laqueus concupiscentie. Ipse enim transitus voluptas est. & non est alius qua transeat. quo transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi. adiungit se tanquam pedis se qua periculosa iocunditas. & plerumque preire conatur. ut eius causa fiat quod causa salutis me facere vel dico vel volo. Nec idem modus utriusque est. Nam quod saluti satis est delectationi parum est. Et sepe incertum fit verum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat. an voluptaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. Ad hoc incertum in felix hilarescit anima. & in eo prepat excusationis patrocini. gaudes non appetere. quod satis sit moderatam valitudinis. ut obsecro salutis obrupet negocium voluptatis. His temptatibus quotidie conor resistere et ad te refero est? meos. quod subsidium michi de hac re non duntaxat. Audiam vocem iubentis domini mei. non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Ebrietas longe est a me. misereberis ne appropinquet michi. Crapula nonnunquam surrepit seruo tuo. misereberis ut longe fiat a me. Nemo enim potest esse continens. nisi tu deus. Audiuisti apostolum dicentem. Omnia possum in eo qui me confortat. Conforta me domine ut possim. da quod iubes. iube quod vis. Iste se accepisse confiteatur. & quod gloriatur in domino gloriatur. Audiuisti alium rogantem ut accipiat. Aufer a me inquit ventris concupiscentias. Unde apparet sancte deus? me? te dare. cum sit quod imperas fieri. Docuisti me pater bone. omnia munda mundis. sed malum esse homini qui per offensionem manducat. & omnem creaturam tuam bonam esse. nichilque abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. & qui manducat non manducantem non spernat. Didici hec gratias tibi deo meo magistro meo pulsatozi aurium mearum. illustratozi cordis mei. Quotidie certo contra concupiscentiam edendi & bibendi. non enim est quod semel precipere & ultra non attingere decernam. sicut de concubitu potui. Itaque freni gutturis temporata relaxatione & constrictione tenendi sunt. Quis autem est domine qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis quisquis est magnus est. magnificet nomen tuum. Ego autem non sum. quia homo peccator sum. sed & ego magnifico nomen tuum. & interpellat te pro peccatis meis qui vicit seculum numerans me in infirma membra corporis sui. quia imperfectum eius viderunt oculi tui. & in libro tuo omnes scribentur.

LXXXIII.

De illecebris odoratus & auditus.

O illecebra odorum non nimis satago. cum absque non requiro. cum assunt non respicio. paratus eis etiam semper tacere. Ita michi videoz. forsitan falloz. Sunt enim iste plagen de tenebre in quibus me latet facultas mea que in me est. ut animus meus de viribus suis ipse se iterrogans non facile sibi credendum existimet. quia & quod est plerumque occultum est. nisi experientia manifestetur. Et nemo securus esse debet in hac vita que tota temptatio est. Qui fieri potuit ex deteriori melior. non

De ille

fiat etiam ex meliore deterior. Vna spes. vna fiducia. vna firma promissio. misericordia tua. Voluptates aurium me tenacius implicauerunt. & subiugauerunt. sed resoluiisti & liberaisti me. Nunc in sonis quos animat eloquia tua. cum suauitate cantantur & artificiosa. fateor aliquantulum acquiesco non quidem ut heream. sed ut surgam cum volo. At tamen cum ipsis sententiis quibus viuunt ut ad mittantur ad me querunt in corde meo nonnullius dignitatis locum. & vix eis prebeo congruentem. Aliquando enim plus eis michi videoz tribuere honoris quam decet. dum ipsis dictis sanctis religiosius et ardentius sentio moueri animos nostros in flammam pietatis cum ita cantantur. quam si non ita cantarentur. & omnes affectus spiritus nostri pro suauitate diuersitate habere proprios modos in voce & cantu. quorum nescio qua familiaritate occulta excitatur. Sed delectatio carnis mee cui mentem eneruandam dari non oportet sepe me fallit. dum ratio sensus non ita comitatur. ut patienter sit posterior. sed tantum quia propter illam meruit admitti. etiam precurre ac ducere conatur. Ita in his peccato non sentiens. & postea sentio. aliquando autem hanc fallaciam immoderatus cauens. etiam nimia seueritate ut melos omne cantilenarum suauium quibus dauidicum psalterium frequentatur. ab auribus meis velim remoueri. & ipsius ecclesie. tutiusque michi videtur quod de alexandrino episcopo athanasio sepe michi dictum est. qui etiam modico fluxu vocis faciebat sonare lectoris psalmi. ut pronuntiati vici-nios esset quam canenti. Ita fluctuo in me piculus voluptatis & experimentum salubritatis. magisque adducor carenti consuetudinem a propebare in ecclesia. ut per oblectamenta aurium animus infirmus in affectum pietatis assurgat. Tamen enim michi accidit ut me amplius cantus quam res que cantatur moueat. penatiter me peccare confiteor. & tunc mallem non audire cantantem. Ecce ubi sum. flete mecum. & pro me flete. qui aliquid boni vobiscum intus agit. vnde facta procedunt. Nam qui non agitur non vos hec mouent. Tu autem domine miserere. & sana me. in cuius oculis michi questio factus sum. & ipse est languor meus?

LXXXV.

De oculorum voluptate.

Restat voluptas oculorum carnis. Pulcras formas & varias. virides & amenos colores amant oculi. Nec teneant hec animam meam. teneat eam deus meus. qui hec fecit bona valde. Sed ipse est bonum meum non hec. Ipa regia colorum lux illa omnia perfundens. insinuat se ita vehementer. ut si repente subtrahatur cum desiderio requiratur. & si diu abest contristat animum. O lux quam videbat tobias cum clausis oculis istis docebat filium viam vite. Vna est. & alia non est. & vnum omnes qui vident & amant eam. At ista corporalis. illecebrosa & periculosa dulcedine dicitur vitam cecis amatoribus. Qui autem & de ipsa laudare te voluit deus creator omnium assumunt eam in himno tuo non absumentur ab ea in somno suo. Sic est cupio resisto seductionibus oculorum. ne implicentur pedes mei quibus ingredior viam tuam. & erigo ad te iussibiles oculos. ut euellas de laqueo pedes meos. Tu subide euellis eos nam illaqueant. Tu non cessas euellere. ego autem crebro ibereo ubique sparsis insidijs quia neque dormies neque dormit ab quo custodis israel

Quam innumerabilia. varijs artibus & opificijs in vestibus. calciamentis vasis & huiuscemodi fabricacionibus. picturis etiam diuersisq; figmentis atq; his vsum necessariū atq; moderatū & piam significacionem longe transgredientibus. addiderūt homines ad illecebras oculoꝝ. foras sequentes qđ faciunt intus relinquētes a quo facti sunt. & exēminantes quod facti sunt. **A**t ego domine deus meus & decus meū. etiā hinc dico tibi himnum. & sacrificio laudem sanctificatoꝝ meo. quoniam pulcra traiecta per aīmas in manū artificiosas ab illa pulcritudine veniunt. que est super aīmas cui suspirat aīma mea die ac nocte. Sed pulcritudinū exteriorū opatoꝝ & sectatoꝝ inde trahunt apud pbandi modū. non autē inde trahūt utēdi modū. & ibi est. & non vident eum ut non eant longius & fortitudinē suam ad te custodiant. nec eam spargant in deliciosas lassitudines. Ego autē hec loq̄ns & discernens etiam in illis pulcris gressib; in ecto sed tu euellis domine. quoniam misericordia tua ante oculos meos est. **N**az ego capioꝝ miserabiliter. et tu euellis misericorditer aliquādo non sentientem quia suspensus incidētia aliquādo cum dolore. qz iam inheferā. **LXXXVI De curio sitate.**

Hec accedit alia forma temptacionis multipliciter piculosa. Preter carnis concupiscentiam que est in delectacione oīm sensuū. mest aīme per eisdem corpis sensus quedā se non oblectandi in carne sed expiendi per carnē vana & curiosa cupiditas. nomine cognitonis & scientie palliata. que (quia in appetitu noscenci ē oculi aut sunt ad noscendū in sensib; p̄cipēs) cōcupiscentia oculoꝝ eloquio domico appellatē. Ex hoc autē euidentiꝝ discernit quid voluptatis quid curiositatis agat per sensus. qz voluptas pulcra. canora. suauia. sapida & leuia sectatē. Curiositas autē etiam his contraria causa temptandi nō ad subeundum molestiā. sed expiendi nocendiq; libidie. Quid em voluptatis habet videre i laniato cadauere. quod exhorreas. & tamē sicubi iacet occurrunt ut cōtristent ut palleant. Timent etiā ne in somnis hoc videant. quasi quisq; eos vigilantes videre coegerit. aut pulcritudis fama vlla p̄uase rit. Ita & in ceteris sensib; que p̄sequi longum est ex hoc morbo cupiditatis in spectaculis exhibentur queq; miracula. Hinc ad p̄scrutanda occulta nature que p̄ter nos est opata p̄cedit. que scie nihil p̄dest. & nihil aliud q̄ scire homines capiunt. Hinc etiam si quis eodē p̄uerse scie sine per magicas artes querit. hinc etiam in ip̄a religione deus temptat. cum signa & prodigia multa flagitantur. non ad aliquā salutem. sed ad solam expientiaz desiderata. Sane me iam theatra non rapiunt. nec curo nosse transeū siderū. Verūtamē in quā multis in mutis reb; curiositas nostra quotidie labatur. quis enumeret. Quotiens narzates inania p̄rimo quasi toleram; ne offendamus infirmos. deinde paulatim libenter aduertim; canem currentē post leporē iam non specto cum in circo sit. at vero in agro si casu transeā. auerit me fortassis ab aliqua magna cogitacione atq; ad se cōuertit illa venatō non deuiare cogens corpe iumēci. sed cordis inclinacione. & nisi iam mihi demonstrata infirmitate mea cito amoneas. aut ex ip̄a visione p̄ aliquā cōsideracionem in te assurgere. aut totū de mnerē aut transire. vanus hebesco. Quid cum me domi sedē

tem stellio muscas captas. vel aranea retib; suis irruentes implicās. sepe itentū facit. Num qz pua sunt aīmalia. ideo non res eadē agit. Pergo inde ad laudandū te creatore mirificū. atq; ordinatorē oīm rez. sed non inde intente esse incipio. Aliud ē cito surgere. aliud non cadere. Cūq; huiusmōi rerū cōceptaculū sit cor nostꝝ. & portet copiose vanitatis cateruas. hinc & orōnes nostre sepe interruptū atq; turbant & ante cōspectū tuum dum ad aures tuas voce cordis intēdim;. nescio vnde irruentib; nugatoꝝ cogitacionib; res tanta p̄cedit. **LXXXVII De vano appetitu fauoris & laudis.**

Nunquid domine qui sol; sine tipo dominaris. quia tu solus verus domin; es qui nō habes dominū. nunquid hoc temptacionis genus cessabit a me i hac vita timere & amari velle ab homib;. non p̄pter aliud sed ut inde sit gaudiū quod non est gaudiū. misera vita est. & feda iactācia. hinc sit vel maxime nō amare te. nec caste timere te. ideoq; supbis resistis. humilibus aut das grām. Itaq; nobis quia p̄pter quedam humane societatis officia necessariū est amari & tēri ab homib;. instat aduersari; vere beatitudinis nostre. ubiq; spargēs in laqueis. euge euge. ut dū auide colligim;. incaute capiamur. & a veritate tua gaudiū nostꝝ deponentes i hoīm fallacia ponamus. & libeat nos amari et timeri. non p̄pter te sed p̄ te. peruersa via atq; distorta imitari te. Ceter; qui laudari vult ab homibus vitupante te non defendēt ab hominib; iudicante te. nec eripietur damnare te. Cum autē non laudat peccatoꝝ desideris anime sue. laudat homo p̄pter aliquod donum quod dedisti ei. At ille pl; gaudet sibi laudari se. q̄ ip̄m donū vnde laudat habere. etiā iste te vitupante laudat. & melior iam ille qui laudat. q̄ ille qui laudat est. illi em placuit in homine donum dei. huic aut magis placuit donum hominis q̄ dei. Teptamur sic domine quotidie. Quotidiana fornax nostra est humana lingua. Est enī qualiscunq; in alijs temptacionū generib; mihi factas exploradi me. in hoc pene nulla est. Naz & a voluptatib; carnis & a curiositate supuacua cognoscēdi. uideo quantū affecutus sim posse refrēnare animū meum cum eis rebus careo. uel uoluntate. uel cum absunt. Tunc enim me interrogo q̄ magis minus ue mihi molestū sit non habere. laude uero ut caream;. atq; in eo expiamur quid possumus. nunquid male uiuendū est. & tam perditē atq; immaniter. ut nemo nos nouerit qui nō detestetur. que maior d̄mentia dici potest. At si bone uite & bonoz operum comes & solet & deb; eē laudatō. tam comitatum eius q̄ ip̄am bonam uitā deseri non optet. non autē sentō sine quo esse. aut equo animo aut egre possim. nisi cum abfuerit. **LXXXVIII Adhuc de appetitu laudis.**

Ecce in te ueritas uideo non me laudib; meis p̄pter me. sed p̄pter p̄ximū utilitatē moueri optere. & utrū ita sit nescio. obsecro te deus meus. & meip̄m mihi indica. ut confitear oraturis pro me fratribus meis. quod i me saucium reperero. Interim me diligentius interrogem. si utilitate p̄ximū moueor in laudibus meis. cur minus moueor. si quisq; alius iniuste uituperetur q̄ si ego. cum utraq; cōtumelia eadem iniq̄tate coram me iaciatur. An & hoc nescio. etiam ne id restat. ut non faciam ueritatem coram te in

corde meo & in lingua mea & seducam meipm. in
 saniam hac domine longe fac a me. ne oleum pec-
 catoris mihi sit os meum. ad impinguandum caput
 meum: Egenus et pauper ego sum. et melior in oc-
 culto gemitu displicens mihi. et querens misericor-
 diam tuam. donec reficiat defectus meus. & per-
 ficiatur usq; in pacem qua nescit arrogantis ocu-
 lus. Sermo aut oze procedens. & facta que inno-
 rescunt hominib; habet temptatōnem piculosissimā
 ab amore laudis. qui ad priuatā quandam excellē-
 tiam contrahit emēdicata suffragia. temptat etiam
 eum a me in me arguitur. eo ipso quo arguit. Et se-
 pe homo de ipso vane glorie contemptu vane glo-
 riatur. Ideoq; non iam de ipso cōtemptu vane glo-
 rie gloriatur. non em eam cōtemnit eum gloriatur
 intus. Etiam in tus est aliud in eodem genere tem-
 ptatōnis malū quo inanesūt qui sibi placent d se
 quis aliis vel non placeat vel displiceant. nec pla-
 cere affectant ceteris. sed sibi placētes. multū sibi
 displicent. non tantū de non bonis. quasi bonis.
 sed etiam de bonis tuis quasi suis. aut etiam sicut
 de tuis. sed tanq; ex meritis suis. aut etiaz sicut ex
 tua gratia non tam socialiter gaudentes. sed aliis
 inuidentes eam. In his omnibus piculis vulnera
 mea domine magis subinde a te sanari q; mihi nō
 infligi sentō. LXXXIX **De otepla**

tōne vere lucis & bñficō incarnatōis.

Ues lux pmanens. quaz de omnibus cō-
 sulebam. an essent. quid essent. quātē pen-
 denda essent. & audiebam docentē ac iu-
 bentem. Et sepe illud facō. hoc me delectat. et ab
 actōnibus necessitatis quātum relaxari possum ad
 illam voluptatē refugio. Nec in his omnibus que
 pcurro consulens te. inuenio tutum anime mee lo-
 eum nisi in te. quo colligant sparsa mea. nec a te
 quicq; recedat ex me. & aliquando inromittis me
 in affectum multum in usitatū introz. ad nescio
 quam dulcedinē. que si pficiatur i me. nescio quid
 erit. quod vita ista non erit. Sed recido in hec erū-
 nchis ponderibus. & refozbeoz solitis. & teneoz.
 & multum fleo. Sed multū teneoz tantū consue-
 tudinis sarcina digna est hic esse valeo nec volo.
 illic volo nec valeo. miser vtrobiq; Ideoq; confi-
 teraui languores peccatoz meoz in cupiditate tri-
 plici. & dexteram tuā inuocaui ad salutem meam.
 Vidi em splendorē tuum corde saucio. & repuls;?
 dixi. Quis illuc potest. pietus sum a facie oculo-
 rum tuoz. Tu es veritas super omnia presidens.
 At ego per auariciā meam non amittere te volui
 sed volui tecum possidere mendaciū. sicut nemo
 vult ita falsum dicere vt nesciat ipse quid rez sit
 itaq; amisi te. quia non dignaris cū mendacō pos-
 sideri. Quem ergo inuenirē qui me reconciliaret
 tibi. Mediator inter te et homies oportuit vt ali-
 quid haberet simile tibi. aliquid simile hominib;
 ne in vtroq; similis hominib; longe esset a deo.
 aut in vtroq; silis dō longe esset ab hominibus atq;
 ita mediator non esset. hic est quem secreta tua
 misericordia demonstrasti humilib;. & misisti ut
 eius exemplo etiam ipam discerent humilitatē. hic
 inter mortales peccatores & mortalis & iust; ap-
 paruit. mortalis cum hominibus & iustus cum deo
 Vt quia stipendiū iusticie vita est & pax. per ius-
 ticiam coniunctam deo euacuaret mortem iustifi-
 catoz impioz. quam cum illis voluit habere com-
 munem. Hic demonstratus est antiquis sanctis.
 vt ipsi ita per fidem future passiois eius. sicut nos

per fidem preterite salui fierent. Quomodo nos
 amasti pater bone. qui filio tuo vnico non peper-
 cisti. sed p nobis impijs tradidisti eum. p nobis
 tibi factus est victor & victima. & ideo victor
 quia victima. p nobis tibi sacerdos et sacrificium
 & ideo sacerdos quia sacrificiū faciens tibi nos de-
 seruis filios. de te nascendo. nobis seruiendo. Me-
 rito mihi spes valida in isto est. quia sanabis omis
 meos languores per eum qui sedet ad dexterā tuā
 & te p nobis interpellat alioquin desperare. mul-
 ti em & magni sunt eidem languores. sed ampli-
 or est tua medicina. Potuim; putare quod verbū
 tuum remotum esset a coniunctōne homis. & de-
 sperare de nobis nisi caro fieret. & habitaret in no-
 bis. Iste tuus vnicus in quo sunt omnes thesauri
 sapientie & scientie absconditi. redemit me sāgui-
 ne suo. Non calumaienē mihi superbi. quoniaz co-
 gito precium meum. & manduco. & bibo. et ero
 go. et pauper cupio saturari ex eo inter eos qui e-
 dunt et saturant. et laudabunt dominū qui requi-
 runt eum. XC **Q** ad beatitudinē via sit
 amor ordinatus.

Omnēs beate viuere volumus. beat; aut
 neq; ille est. qui non habet quod amat q
 lecunq; sit. neq; qui habet quod amat si
 noxium sit. neq; qui non amat quod amandum est
 cum sit optimum. Nam et qui appetit quod adipi-
 sci non potest cruciatur. et qui adeptus est qd adi-
 piscendum non esset fallitur. et qui nō appetit qd
 adipiscendū esset egrotat. Restat ergo quartum
 vbi beata vita inueniri queat. cum id quod ē ho-
 minis optimum. et amatur et habetur. Quid est er-
 go homis optimū. Tale debet esse quod nō amit-
 tat inuitus. Virtus certe animam facit optimam
 et pculdubio aliquid aīma sequitur vt virtutem
 assequatur. Hoc ergo erit aut ipa anima. aut vir-
 tus. aut aliud quid. At si seipam. stultum quid se-
 quitur. stulta est em ante adeptā virtutem. et si se-
 quitur stultam. eandem stulticiam quā vitat asse-
 quitur. Si aut virtutem. quomō sequit id quod si
 est. aut quomodo assequi cupit quod habet. aut
 igitur virtus est pter animam. aut aliquid aliud
 sequitur anima. quo virtutis et sapientie compos-
 fit. hoc autem aut homo sapiens erit. aut de;. Sz
 iam dictum est tale quid esse debere. quod inuici
 nequeamus amittere. Quis vero dubitet hominē
 sapientem. si eum sequi satis putauerim;. auferri
 nobis. posse. De; igitur restat. quem si sequimur
 bene. si autem assequimur beate uiuimus. sed quo
 modo sequimur quod non videmus. aut quomo-
 do videmus qui insipientes sumus. q em mēs cū
 stulticie nube obtegatur. illam lucē valeat vel eū
 am conetur haurire. haetenus potuit ratō perdu-
 ci. Versabatur non em veritate certior. sed cōsue-
 tudine securior in rebus humanis. at ubi ad diuina
 peruentum est auertit se. non potest intueri. pal-
 pitat. estuat. inbiat amore. reuerberatur luce veri-
 tatis. ad familiaritatem tenebrarum suaz non ele-
 ctōne sed fatigatōne conuertit. q; hic for midādū
 ne maiorem hinc concipiat animā imbecillitatem
 nisi quietem fessa cōquirat. Ergo refugere i tene-
 brosa cupientibus diuina dispētatōne nobis ista
 auctoritatis opacitas occurrat. et mirabilib; rez
 vocibusq; libroz velut signis. temptatōnibus veri-
 tatis. umbrisq; blādiat. Itaq; uere religionis fide
 pceptis seruatis. non defamamus uia. quā nobis de;
 et patriarcharū segregatōne et legis vinculo et

phetarum presagio & suscepti hominis sacramento & apostolorum testimonio. & sanguine martirum & gentium occupatione muniuit nostrasque rationes diuinis submittam? affatibus. Audiam? ergo quem finem bonorum nobis xpe prescribas. nec dubium quoniam is sit finis. quo nos sumo amore tendere iubet. Diliges inquit dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua et proximum tuum &c. Vellem videre quid posset esse amplius. Quid ad hec paulus. Scimus inquit quia diligentibus deum omnia committuntur in bonum. Dicat etiam dilectionis modum. Quis nos inquit separet a caritate christi tri. an. an. & cer. Dilectio igitur in deum redit. quia se illi homo non componere sed supponere affectat. quod quatenus fecerit instanti? tanto erit beatius & sublimius & illo dominante liberi erimus. fietque per caritatem ut conformemur deo. & circumditi ab hoc mundo non confundamur cum his que nobis debent esse subiecta. **XCI.** Virtus nihil aliud sit quam amor dei sumus?

